



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

IX. Iac. Sadoletvs Episc. Carp. Lazaro Bonamico S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

& proferre in medium institueris: remque totam, qua nulla ferre subtilior, neque enucleator excoxitari possit, summo studio & cura, summis laboribus vigilisque confecceris: digne sub eadem expolitam lima adhuc compreßam domi continueris: quid mirum mi docifime Ripa, si ego, ut eam aliquando ederes, & ad publicam utilitatem inuulgares, non hortator solum, verum etiam rogaror accessi: cum de tuo præcellenti & admirabilis ingenio sentiens id quod necesse est, non aquo ferrem animo, tam diu differri commune omnium doctorum & bonorum virorum commodum, cum præfatum ex eo egregia quedam laus & extenuendus honor mihi ipsi quoque pareretur: Quo quidem nomine duplices tibi ago gratias: vias cum ceteris hominibus communiter, quod ipse quoque tuis eruditissimis laboribus & monumentis ad fructum meorum studiorum viurus sum: alteras proprias iam & singulares, quod sum hoc tanto abs te & tam præclaro munere honestatus, quo meum nomen per tua scripta commendari immortalitati voluisti. Cui muneri si referri ea gratia posset, quam ego libenter redderem, crede mihi, cognosceres & experiri, in hominem memorem & gratum tu te officia & studia contulisse. Sed in hoc etiam tua humanitas & fortuna illuftrior fuerit, quod ea dare potuisti, quibus par recipere mihi posset. Ego tamen ad eam benevolentiam, qua te semper maxima complexus sum, & ad id iudicium, quod detuis ingenij & doctrinæ ornamenti eximum semper feci, adiungam vinculum officij & obligacionis, qua tibi perpetuo devictus futurus sum: quanquam hac quoque ipsa in vero amore & fidei amicitia, qua iam pridem copulati sumus, sati per se omnia insunt. De cetero quicquid ab vitro; nostrum in alterum profectum fuerit, id non nouam constitueret, sed veterem & mutuam benevolentiam nostram declarare videbitur. In quo utrum omnibus officiis certem, ita admittar, ut siue viator, seu vietus, in eadem & pari laude virumque sum positus, quando non vinci beneficii, quibus plerunque tempus & fortuna occasionem dant: sed in amore, & fide amicitie inferiorem esse, id probo viro maximè fugientium est. Tu valcis, & perges quæ praclare instituta sunt, ea quamprimum emittere: meq; amabis, si tamen te à me nunc amari vere existimas. Vale, Carpentoradi, XVI. Calend. Octob. M.D.XXVII.

## IX.

I A C. S A D O L E T V S E P I S C. C A R P.  
Lazaro Bonamico S. P. D.

O Gra-

illa fe  
studio  
s: quid  
res, &  
verum  
ibili in  
o, tam  
orum  
& ex  
in no  
inibus  
bus &  
: alte  
tam  
a feri  
hi, co  
m tu  
tas &  
par re  
qua te  
e quis  
eunin  
more  
se o  
erum  
t mut  
v te  
eu vi  
ando  
occa  
le, id  
pres  
ois, si  
raci  
Gra-

**O**ras tuas mihi iucundasque literas: quae eris tardissime  
ad me perlatæ sunt, (scriptæ enim V. Idus Maias, extremo  
septembri mihi sunt redditæ) tamen quod primæ mihi de te,  
& de tua nihil communata erga nos voluntate optatissimum  
nominum artulatur, non dici potest, qua à me lætitia & gratula  
tione fuisse accepta. Namque seorsim has vias mihi abs te post  
nostrum digredimus ex urbe fuisse redditæ: perbreves illas, qui  
dem, sed plenas officij, suauitatis, benevolentie: quibus etiam  
preletum liber adiunctus fuit, & propter philosophiam gratus,  
& quod à te profectus, est aliquanto gravior. Agnosco enim, pre  
dicione tua esse factum, ut ille mihi honos potissimum habe  
retur. Te cuius facies tua grauissimo testimonio, ut nos aliquid  
esse videamus: cum ea sit de tua eximia doctrina, singularique  
iudicio apud omnes homines opinio, ut quem tu laude cohon  
fatuas, de eo non possit nisi honorifice & amplè iudicari. Age  
rem gratias, si hoc non alienum nostra familiaritate esse existi  
mum. Sed perinde sit atque si essent actæ. Ad Francileum A  
salum dedi literas, gratissimum mihi illius munus, multo que  
magis quod de me facit iudicium, fuisse significans: conaturum  
que me, ut referam gratiam, si occasio fuerit. Quod idem illi  
at templo confirmari, teque meæ naturæ memoris atq; grata,  
apud illum retinet, & si opus sit, etiam sponorem esse opto. De  
me autem, mihi suauissime Lazarus, sic habeto, nihil aliud iam mihi  
eius opatus, quam quo pacto queam hoc, quod mihi reliquum  
et temporis, totum in optimis artibus studiisq; consumere. Mu  
lti ab his me impeditum tenuerunt, quæ ego parrim iam remis  
suscitare coxi, partim penitus abieci: ut tandem aliquando so  
lito & liber, in hanc vnam curam me conferrem. Itaq; mihi ipsi  
non desum: assidue lego, scribere etiam sum ingressus nescio  
quid: quod quidem si processerit ex sententia, maiore animo ad  
tempora sum perrecturus. O si te haberem, quos mihi spiritus tuus  
ille socius sermo, & familiaris vultus excitarer! Paulus mihi  
in his mirificus comes, rari alii, vel portiùs nulli: quamquam A  
vivione est Alciatus, vir omni cultissimus doctrina, mihiq; ami  
cissimus nonnulli præterea, sed pauci: verum vt iam sunt, qui mi  
hi resipiant, & conuentur idem facere. Cum Fregoso nostro fre  
quenti nobis scribendi commerciū occupationibus distinetur,  
qui minus unum in locum conteniamus. Hæc quod ad docto  
rum hominam consuetudines attinet. Cætera sane iucunda &  
placida. Ora habeas quam incolimus, ventis paulò infector: cetero  
quæ amabilis, & imprimis amena est. Nos hortos suburbanos  
hic diligenter instruimus & ornamus, ut appareat, in illis spem  
omnem oculi & oblectatiois nostra nobis esse repositam. Quos  
si aliquando visens, repentes Quirinalibus illis nostris nequa  
G 5 quam

quam inferiores : aquarum quidem abundantia , & vibrante pos-  
morum etiam superiores esse: Habet statum nostrum. Tu de tuo  
vno facias certiores, idque crebris, magnopere a te peto. Ni-  
hil est enim mihi incundius , quam & sepe de te audiare, & loqui.  
Bembum, Nigrum, Michaelm, Teupulum, ceterosq; quos tu  
noisti esse amantes nostri , iube meis verbis salutre quam pluri-  
num. Et tu salutem a vale mi charissime & oportissime Lazaros  
que amare perfueras tui prorsus cupidissimos. Carpentorach  
vidie Calend. Nouemb. M.D.XXVIII.

X.

IACOB. SADOLET. EPISC. CARPENT.  
Lazaro Bonamico S.P.D.

**C**VM iamdiu ignorarem quibus in locis esses, propterea quod  
recordabar, te postremis literis tuis, ad me nescio quid de-  
tua quadam peregrinandi voluntate scripsisse: neque hi, qui  
sine ad me literas dederant, ullam tui omnino mentionem fecer-  
rant, accepi literas tuas, ex quibus te apud tuos esse, & memo-  
riam nostri pristinam cum benevolenta conseruare cognoui.  
Quae quidem mihi incunda cogniti fuerunt, sed illo nihil mi-  
hi incundius, quod intelligo te ita gerere, atque augere rem lite-  
rariam, ut tua eximia virtus atque doctrina, & tibi maxima laudi,  
& plurimi utilitati emolumento que sit. Etenim quid est (quod)  
praetulatus, quam videre florem collectam ex omni Italia inueni-  
tis, incubere ad optimas atq; honestissimas artes: atque ad il-  
lud summum perfectumque contendere, in quo hominis virtus  
sit: Quod quidem facit, vt diis simillimi esse videamur: idq; te  
doctore magistroque contingere, vt qui tuam eruditioinem, in-  
genium, probitatemq; cognoscimus, facilè conjectura prospice-  
re iam possumus, quantum de noua sobole doctiorum bonorum  
que virorum sperandum nobis sit: que maximè his literis, & his  
studiorum potest frequentari. De qua te tibi hoc etiam scribo accu-  
ratus, quod visus sum aspicere in literis tuis hæstitationem quan-  
dam tuam, tibi ne in ea tententia permanendum, nec ne sit. Que  
me certè hæstatio molestia afficeret, si putarem tibi, aut per tu-  
um, aut per aliorum consilium, vt ab isto munere descelceres, illa-  
citurum esse. Sed eum neque videam causam, cur te tam praetul-  
ti instituti, non dicam penitere, sed non summi opere cupidum  
esse oporteat, & nihil sit quod agere melius possis: non est cogi-  
tandum tibi, quid in eo laboris infest, sed quantum reliquis com-  
modi: cum praesertim munus nullum hominis magis sit pro-  
prium, quam sua bona communicare cum ceteris, plurimum  
que utilitatis & commodi ex se in alios profectum velle. Cuius  
generis